



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

3. De beneficio Creationis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

in magna animi puritate absque gra-
uiori delicto Deo servire: assidue co-
nari proficere in omni perfectione;
frequentare cum fructu & gusto spi-
rituali Sacra menta confessionis & cō-
munionis, peculiari deuotione ferri
in B. Virginem, venerabile Sacramen-
tum, Christum Crucifixum, multa bo-
na facere & mala pari, & in hoc perse-
uerare. His expensi zelus excitandus
gratum te Deo exhibendi, sollicitè
gratiæ cooperandi, in his prædictis im-
dies proficiendi.

De Beneficio Creationis.

III.

I. Deus trinus & unus sibi suffici-
entissimus, nullius creature ad-
miniculo indigens, ex nulla necessita-
te, sed ex mera liberalitate & bonitate
sua, ab æterno decreuit hominem ad
imaginem & similitudinem suam crea-
re in tempore, in hunc finem, ut Con-
ditorem suum agnosceret, amaret,
glorificaret, in præsenti sæculo, æter-
numque beatè videret, amaret, &
possideret in futuro: mundumque v-
niuersum cū omni ornatu suo in gra-
tiam eiusdem condere, cuius admini-
culo finem suum commodius conse-
queretur. Neque solum protoplastos

Y paren-

parentes, mundumque, ut in principio
fide factū constat, sed omnes insuper &
singulos homines, quotquot fuerunt,
sunt, eruntq; à primo homine usq; ad
nouissimum in fine mundi futurum:
similiter oēs & singulas creaturas, quæ
nunquam fuerunt, sunt, aut future sunt,
successiue in eundem finem: & con-
sequenter te talem, quoad dona natu-
ræ & gratiæ, tali tempore, inter tales
homines, & totalesque creaturas in
ministerium, solatium, commodumq;
tuum condere ab æterno decreuit.

Quām admiranda illa Creatoris tui
orga oēs, & peculiariter erga te, quem
tam ingratum & tepidum præsciebat,
benignitas, & quidē gratuita & eterna!
Quām inæstimabilis dignatio diuinæ
Majestatis, te ab æterno tam benignè
respicientis? an non meritò exclamet
cum Vate regio: Domine quid est homo,
quod memor es eius, aut filius hominu, quia
reputas eum! His consideratis elicien-
dus affectus gratitudinis, amoris, zeli
gloriæ conditoris.

II. Deus vti ab æterno decreuit; ita
in tempore condidit cœlum & terram,
seu mundum æthereum & elementale
cum omnibus, quæ in eis sunt, in ser-
uitium hominum, vt ijs tanquam me-
dijs,

dijs, & adminiculis finem suum vltimum consequantur, ut patet facto dis- cursu à summis, seu ab Angelis (qui m- nes sunt administratorij spiritus in mini- sterium missi propter eos, qui hæreditatens caput salutis) cœlis, astris, elementis, vlique ad imas omnis generis cœatu- ras ex elementis compositas, quæ om- nes subseruiunt homini ad Condito- rem agnoscendum, reuerendum, a- mandum, omni obsequiorum genere demerendum.

Quanta illa liberalitas Creatoris er- ga hominem? quanta ingratitudo ho- minis his omnib. abutentis erga Crea- torem? His expensis affectus ijdem, quoad tempus præteritum renouan- di, seu dolor de socordia in his affe- ctibus exercendis excitandus.

III. Idem Deus, te, talem, quoad cor- pus, animam, omnia, sanum mente & corpore, bona complexionis, docilis ingenij, tali tempore, tali loco, talibus parentibus nasci voluit, tot tantisque naturæ & gratiæ præsidij præ tā mul- tis alijs dignioribus ex gratuita libera- litate sua dotauit, quibus ad perfectè diuinæ Maiestati in tali statu seruien- dum commodius aprareris, & effica- cius promouereris.

Y 2

Quam

Quām peculiaris & profusa illa Dei
tui erga te immeritum liberalitas! quā
rara & inæstimabilis gratia! Cauē ne
fis ingratus. *Omnī, cui muliū n̄ darum
est, muliū requiretur ab eo.* Affeſus
ājdem gratitudinis, amoris, zeli gloriæ
Dei, renouandi, cum propositis pia-
etis eos deinceps opere ipſo expri-
mendi.

Lue. 12.

IV.

De Beneficio Conseruationis.

I. Deus, qui te ex gratuita bonitate
sua talem, quoad corpus & ani-
mam, condidit, ac talibus donis natu-
ræ & gratiæ ornauit, ex eadem te, cum
omnibus donis collatis hucusq; con-
seruauit, atque etiamnum conseruat,
& quasi singulis momentis de novo
creat; sic enim hæc omnia à Deo de-
pendent, ut nisi illa singulis momentis
conseruaret, in nihilum suum redirent,
sicut lumen per aërem diffusum subla-
to corpore luminoso evanescat, ne-
cessè est.

Quot ergo sunt temporis momen-
ta, tot noua a Deo accipit beneficia; &
quidē tam multa ac varia, quām multa
& varia corporis & animæ dona tibi
sunt collata. Quām meritò ergo se-
quen-